Troieczki adscribit Grochowski

eiusdem recognoscentis hereditatis in ipsa originali inscriptione specificatis extendetur et extendi debebit. Ceterum idem recognoscens sacrum successoribus in bonis suis omnibus hereditatis et obligatis mobilibus et immobilibus eidem Alberto Grochowski a quo postea illius inscribit et obligat putem inscriptionem ex his actis castren. ad acta terrestria praemisliensia pro primis terminis terrestribus praemisliensibus sine prima actorum eorundem terrestrium praemisliensium iudiciaria positione transportare sub vadio nonaginta quinque florenorum pecunia monetae et numeri polonici pro quibus quidem summis originali et praesenti adscripta simul cum vadiis iunctis tum vadio ratione non transportationis inscriptionis succumbentes quoties se idem recognoscens cum suis postea predicto Alberto Grochowski vel eius postea citare permiserit toties rendo a terris dictis iure a foro suis quibusvis proprius coram officio praesenti castren. praemisliensi in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere rendere et loco rationis pro litteris omnibus et inscriptionibus praesenti toties quoties opus fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur. Eundem terminum primum a calicis consequentem nullaro exquisita et colore excogitata tum actione pro maiori vera infirmitate bello expeditione bellica iuxta hostium aura pestifera conventione quibus et particulari absentia a regno interregno servitio militari nec non ea bonis praescriptionibus fatalis iuris sub spem praevisorum et tertium marcarum dilatione ad quietem munimen eius storem minorennitate successorum motionibus denique et appellationibus a cearum universis per adcitationes prosequutionibus deferendis et renadendis immo cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris et facti remediis abrenuntiantes suo suorum successorum sub amissione totius causae nullam praemissis

omnibus

terrestri praescriptione silentioque iurium obstantibus.

Manasterski quietat Radilowski

Comparens praesentis coram officio et actis praesenti castren. praemisliensi Nobilis Iwan Manasterski a iure foroque suo proprio recedens sanus mente et corpore ex iure publice ultro ac per expressum recognovit quod a Nobili Ichnatio Radilowski summam triginta florenorum pecunia monetae et numeri polonici sibi per eum actis praesentibus castren. praemisliensi ad solvendum inscriptam recepit et levavit idcirco ipsum ac successores illius de eadem summa quietat ipsamque inscriptionem cum omnibus conditionibus cassat perpetue praesenti recessione mediante.

Manasterski quietat Blazowski

Comparens praesentis coram officio et actis praesenti castren. praemisliensi Nobilis Stoczko Manasterski a iure foroque suo proprio recedens praesenti vero iurisdictioni quo ad infra adscripta attinet incapitanea sanus mente et corpore ex iure publice ultro ac per expressum recognovit quod a Nobili Ichnatio Blazowski Iwankowicz summam quinquaginta florenorum pecunia monetae et numeri polonici sibi per eum actis praesentibus castren. praemisliensi ad solvendum inscriptam recepit et levavit idcirco ipsum ac successores illius de eadem summa quietat ipsamque inscriptionem cum omnibus conditionibus illius cassat et mortificat eum ternis temporibus praesenti recessione mediante.

Szep Szarzinski adscribit kaczki

Comparens praesentis coram officio et actis praesenti castren. prae-